



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 65. An non obstante iudicii pronogatione possit haberi recursus
ad conservatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Capitula etiam de iure communi possunt exercere in singulos de Capitulo de quibus in tractatu jam citato satis superque disserui, lib. 2. quest. 47. Itaque ut questioni huic coronidem imponam si singularis de Capitulo à suo Capitulo in casu vetito inquietetur poterit ad suum conservatorem velut ad asylum recurrere molestia enim esset non juris sed facti quæ à conservatore coerceri posset uti hoc eodem tractatu ex iure comprobavi, *infra quest. 6.*

 QVÆSTIO LXV.

An non obstante iudicij prorogatione possit haberi recursus ad conservatorem?

SUMMARIUM.

1. Exempti possunt non obstante prorogatione recurrere ad suum conservatorem. 2. Inferiores non possunt iuri superiorum præiudicare.

1. Exempti an possint ordinarij jurisdictionem prorogare ostendi alio in loco, de *iurisdic. ord. in exempt. lib. 2. quest. 7.* hoc in loco paucis ostendo exemptos qui alieno jurisdictioni cum non possint acquiescunt posse nihilominus ad suum conservatorem recurrere.

2. Ratio prima quia factum subditorum non potest præiudicium generare superioribus & conservatoribus eorum iurium, Ioannes Monach cap. non putamus de consuet. Iacob. de Bellonisu in Rep. cap. Romana § contrahentes num. 101. & seq. de for. comp. in 6. nec possunt subditi in præiudicium jurisdictionis superiorum coram alienis iudicibus litigare Bald. de prohib. feudi alien. per Feder. S. ius Barth. l. 1. §. & post operu ff. de novi operu nuntiat. Iacob. de Bellonisu d. S. contrahentes num. 102.

 QVÆSTIO LXVI.

An collega, qui collegam, coram collegio in ius traxit, possit per eundem suum collegam, ratione eiusdem rei, coram conservatore reconveniri.

SUM-